

3 Traduci (ablativo con i verbi).

- 1 Sapientia est una, quae maestitiam pellat ex animis.

- 2 Caesar Haeduos frumento prohibuit.

- 3 Scipio Romanos a Punico metu liberavit.

- 4 A magno metu socii a Romanis liberati sunt.

- 5 Pirenaei Hispaniam a Gallia seiungunt.

- 6 Vita non discrepet a sermone.

- 7 Temperantia nobis utendum est.

- 8 Hostes maximis copiis utebantur in bello Punico secundo.

- 9 Cicero Laelio amice usus est semper.

- 10 Virtute, non temeritate utendum est nobis.

- 11 Boni secernant se ab improbis, docti a stultis.

- 12 Hostis Antonius diiudicatus Italia cesserat.

- 13 Adulescentem honesto loco natum sed bonum et sedulum tamquam nobilem amo.

- 14 Catilina, nobili genere natus, fuit ingenio malo pravoque.

- 15 Si vera pace frui volumus, amici habendi sunt probi, inimici improbi.

- 16 Licet bonis frui bona mente et aequitate.

- 17 Prudentia, non temeritate in re publica administranda utendum est bono consuli.

- 18 Opus est consilio, prudentia, virtute in pace servanda.

- 19 Vobis prudenter utendum est amicis.

- 20 Non verba, sed facta opus sunt.

- 21 Animo vacuo ab omni perturbatione fruor.

- 22 Procul ab omni metu Cicero officio perfunctus est.

- 23 Graeci, dolo usi, Troiam vicerunt ac deleverunt.

- 24 Amico Attico unice utebar in meo maximo discrimine.
